

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

De tribus mansionibus, quæs in contemplatiuo exornari oportet. XX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](#)

DE MORTIFICAT.

275

In petitionem gratiae Dei. Idcirco in his tribus statib⁹ præcipue sagere debet pro ipsi⁹ virtutibus semper plenius obtinēdise ad quod peruenire non poterit, nisi cum magno labore, diligentia & orationibus. Nec mirum, cum virtutes quid nobilissimum circa Deum sint, & similes nos Deo efficiant, imo faciant homines d̄cos, hoc est, deiformes: & ipsæ solæ, quantum est ex nostra parte, Deo sine medio nos vniuant, hic in gratia, & postmodum in gloria. Primo ergo locate debemus verum fundamentum humilitatis, ex quo omnes virtutes sument originem, si Deo gratias esse debent.

CAPUT XX.

De tribus mansionib⁹, quas in contemplatione exornari oportet.

Pro ampliori tamen intellectu de isto habendo, sciendum quod in homine sunt tres mansiones, quas possideri & ornari oportet triplici uiritate, si in ipsis parari debat Deo habitatio. Infima mansio est in corde, quod est origo, principium & radix totius uitæ & sensualitatis hominis: & ideo omnes potentia sensuæ (quibus anima coiuncta est corpori, ut ipsis vivere & sentire tribuat) colliguntur & coadunantur in corde ut in sua origine. Si

M. 6

ergo

Mäjor h.
minor in-
fima Cor.

276 HENR. HARPHII
ergo in ista mansione reperi debet vera
requies, pax & unitas sensituarum poten-
tiarum, oportet hoc fieri per acquisicio-
nem virtutum moralium, quibus homo
discit mori omnibus naturalibus passio-
nibus & inordinatis desiderijs vel affecti-
bus. Et istud erat pro quo multum labo-
rabant gentiles philosophi, ut perueni-
erent scilicet ad veram & iugem stabilita-
tem, quietem, unitatem, pacem & liber-
tatem cordis, per quae ad veram sapien-
tiam consequenter peruenire possent. Hoc
igitur modo oportet nos eniti ad acqui-
rendum in actua vita morales virtutes, ut
possidere possimus mansionem cordis in
vera quiete & pace per mortificationem
virium sensituarum, si volumus domino
congruum parare thalamum ad quiescen-
dum in eo.

*Manatio
hominis
media
mens.*

*Anima
spiritus.*

Media mansio est meus hominis, qua-
est naturalis origo virium intellectualium,
ex qua ipsae vires intellectuales oriuntur:
hoc est, memoria, intellectus & voluntas,
quibus omnes actiones spirituales per-
ciuntur, ut postea plenius declarabimus.
Secundum istas tres vires appellatur ani-
ma, spiritus: quia istae vires sunt separa-
tas & impermixtae ac, liberae ab omni or-
gano corporis, ipsisque efficitur homo si-
milis sux origini. hoc est, ipso Deo, & me-

mo

DE MORTIFICAT.

277

motatur, agnoscit ac diligit eum, ita quod istæ vires totaliter in Deo suspensæ manent, vñusque spiritus cum spiritu Dei efficiuntur. Ideoque sicut Deus vocatur spiritus, ita & istæ tres vires animæ superiores spiritus nominantur: quia propriè ordinatæ sunt ut Deo vñiantur, ipsoque in gloria eternaliter fruantur. Istam ergo mansionem oportet nos præparare in vita contemplatiua, ut possidamus ipsam in vnitate spiritus. Et istud fit per plenam acquisitionem gratiæ Dei & donorum spiritus sancti, quæ perficiunt nobilitant & eleuant omnes virtutes morales, quæ in activa vita acquiruntur: & ergo dona spiritus sancti sunt ornatus vitæ contemplatiæ, prout postea melius audiemus. Suprema mansio est nuda animæ *Mansiō
essentia*. Quomodo autem illam in vnitate possidere debeamus, hoc excedit omnē *hominis
supremā
capacitatem* humani intellectus: quia spe etat ad tertium statum hominum, hoc est, ad supereminentem contemplatiuam vitam, de qua in fine secundum posse nostrū loquemur.

CAPUT XXI.

De virtutib[us] moralib[us], humilitate, obediencia, patientia, mititate, benignitate, frumentitate, sobrietate, castitate, &c.

M 7

Pto.

*1. Cor. 6.
Ioan. 4.*